

gione tricesima Ulpia victrice pia fideli. Milites et veterani huius legionis per magnum numerum titulorum Lugduni reliquerunt, XIII 1828. 1831. 1839. 1841. 1842. 1847 (supra N. 2389). 1873. 1876. 1879. 1883. 1884. 1888. 1891. 1901. 1904. 11178, nec minore numero adsunt milites et veterani alterius legionis Germaniae inferioris, primae Minerviae; XIII 1797. 1832. 1844 (supra N. 2463). 1846. 1856. 1861. 1862. 1881. 1885. 1887. 1893. 1895. 1906 (supra N. 7531), aliquanto pauciores milites et veterani legionum duarum Germaniae superioris, duoetvicesimae Primigeniae XIII 1830. 1837 (supra N. 2312). 1838. 1851. 1863. 1868. 1872. 1877. 1882. 1902. 1907 et octavae Augustae XIII 1850 (supra N. 2405). 1860. 1874. 1889. 1896. 1897. 1903 (supra N. 2407). Videntur vexillationes quattuor illarum legionum tetendisse Lugduni sub Septimio Severo et eius successoribus, ut coniecit Domaszewski *Rangordnung des roem. Heers* p. 65. — 6) Inter milites Lugduni morantes non pauci adsunt beneficiarii, exacti cet. procuratoris Augusti (supra N. 2389; XIII 1905 cet.). — 7) Dedicata nonis Novembribus. — 8) A. 207.

---

**9494** . . . u[.]. militi coh[er]or. VI pr.<sup>1</sup>, | Ostienses locum se-  
pult. | dederunt | publicoque funere efferun. | decerunt | quod in in-  
cendio | restinguendo interit. | In f. p. XII, | in ag. p. XXV.

Ostiae extra portam Romanam (*Vagliari Notizie degli scavi* 1912 p. 23). — 1) Aili eiusdem cohortis milites Ostiae sepulti XIV 215. 223. Praeterea fortasse ad eandem cohortem sextam (non ad cohortem sextam vigilum) pertinet, ut coniecit *Vagliari*, tegula Ostiae reperta et ita inscripta: coh. VI 7 Mari | He .... (*Notizie* 1910 p. 514).

---

**9495** Augusto deo<sup>1</sup> | cives Romani<sup>2</sup> | qui Thinissut<sup>3</sup> | negotian-  
tur, | curatore L. Fabricio.

Prope Bir-bu-Rekba, ibi ubi N. 9291, rep. (*Merlin comptes rendus de l'Acad. des inscr.* 1911 p. 836). — 1) Titulus positus Augusto vivo. Cf. supra N. 109. 7038 — 2) Cf. supra N. 6774 seq. — 3) Nomen loci praeterita ignotum. Fortasse idem nomen in t. Punico memorato N. 9291 not. scriptum litteris Punicis: TNSMT.

**9496** imp. Caes. | divi Nervae f. | Nerva Traianus | Aug. Germ.  
Dacic. | pont. max., trib. p. XII<sup>1</sup>, | imp. VI, cos. V, p. p. | viam novam  
Traian.<sup>2</sup> | a Volsinis ad fines | Clusinorum fecit. | XIII.

Inter Clusium et Bolsenam, prope vicum Allerona rep. (*Galli Notizie degli scavi* 1913 p. 342). — 1) Dec. 107/8 (cf. N. 289). — 2) Curatores huius viae memo-  
rantur in inscriptionibus supra N. 1038. 1052. 1109, ex quibus colligi potest eam  
Cassiae et Clodiae contiguam fuisse. Fuit una ex tribus viis Traianis, memora-  
tis in aliis inscriptionibus curatorum viarum supra N. 1059. 1093. Videtur  
Traianus partes aliquas viae Cassiae in brevius reduxisse; eae partes appellatae  
viae Traianae.

---

**9497** imp. Caesar | divi Traiani | Parthici fil. | divi Nervae nep. |  
Traianus Hadrianus | Aug. pont. max., | trib. pot. VII<sup>1</sup>, cos. III, | viam  
Cassiam | vetustate collabsam | a Clusinorum finibus | Florentiam per-  
duxit<sup>2</sup>. | Milia passuum | [a]b [Florentia | L]XXVI.